BENEDICTUS PP. XIV.

Morbio 27 (148)

Dilecte fili salm, et aplicam ben. Vitae ac morum honestas, aliaq laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, et gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecisti, Tu, qui, ut asseris in Sacro Diaconatus Ordine constitutus existis, fervore devotionis accensus ad reliquum Sacrum Presbyteratus Ordinem quanto citius promoveri summopere desideres: Nos te premissorum meritorum tuorum intuitu specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis Excomnis, suspensionis, et interdicti, aliisq Eccliis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab hoie quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodlt innodatus existis ad effectum pntium tm consequen harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, Supplicibus tuo noie Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tecum, ut, si, et quando tredecim menses, et duo dies tm tibi de aetate ad id à Sacro Concilio Tridentino requisita defecerint, defectu hujmoi non obstante, si nullum aliud canonicum tibi obstet impedimentum, et dummodo tu ad id reperiaris idoneus, servatisq aliàs servandis, ad dtum Sacrum Presbyteratus Ordinem promoveri, et promotus in illo etiam in Altaris ministerio ministrare liberè, et licitè valeas, Auctte Aplica tenore pntium dispensamus. Non obstan Constonibus, et Ordonibus Aplicis, caeterisq contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die III. Augusti MDCCLI. Pontus Nri Anno Undecimo.

Pro Dno Cardli Passioneo
Joannes Florius substitutus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1873396945-14/fragment/page=0001
DFG

1751 7/VIII

Dilecto filio Vincentio Ruggieri Cle=
rico Cremonen

Morbéo 27 (148)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

1751 10 agosto

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1873396945-14/fragment/page=0002